furiæ, ſiſte gradum Caltionum cohors, quo tantus cal
furor, quo ferrum? quo tela? sunt innocentes: pergitis
tamen: ergo in innocenti sanguine cruentas mergitis manus?
o solem ipſum miserum, qui prius cruoris Sanctiſſimi maculas con-
cipiet, quam se in occaſum abdat, Dij immortales, iterum exclamare
cogor, Herodes quid moliris? tendit ad te infelix patria manus, quos
pro te superis sæpe erexit, orat obtestaturque, per quidquid
cari habes, per coniugis per filij amores, ne se dilaceres, ne
trucides, ne per petumulatos viscerum suorum cumulos, ad tam
barbaram atrocitatem gradum facias, aut si cædi oẽs necesse
est, se in filiorum rogos, succendas, malle se illorum buſtum
fieri, quibus tutela admovet, quam amore deformari, sed
quorsum hæc? conqueror fruſtra, movissent hæ preces scopulos
ingemuissent tigrides, Phalaridis barbaries emollita fuiſſet,
solus Herodes nil movetur: Qui tūc vultus Aud: Hum: moſtiſſimæ
patriæ, quæ suspiria, qui planctus, qui clamores, quot cædes, quot
ſtrages, quot cruoris rivi, quanta militum barbaries, quanta
denique rerum oĩum confusio, nihil Troiana incendia, nihil
Charthaginis ruinæ, nihil Hyeroſolimarum clades, morte enim suos
dolores finiebant illi, iſti vero suis miserijs supererant, neque
hostium unquam fuit tanta crudelitas, quanta iſtorum, quorum
officium iam eſſet patriæ suæ defendere populos, populabantur

Lizenz: CC-BY-NC – Zürich, Zentralbibliothek, Ms. D 147, f. 308r – Collection of oratory practice pieces in Latin by novices at the monastery of St. Gall, 1660 (http://www.e-codices.ch/de/zbz/D0147/308r)